

Hoc libro continentur,

I.

DOnati Iannotii Respublica
Veneta. pag. i.

II.

Notæ in Donat. Iannotium, &
Casparem Contarenum. pag. 267.

III.

Liber singularis de Forma Rei-
publ. Vnetæ. pag. 78.

(. . .) 2

FIGV-

DE

R E P U B L I C A
 V E N E T A
 D O N A T I I A N N O X I X
 Dialogus Primus.

PERSONAE

Trypho Gabrielius,
 &

Ioannes Bergarenus.



Vix studio varios hominum
 mores cognoscendi allecti ad
 urbes, exterisque regiones
 peragrandas nientem appu-
 lerunt, diligenter animad-
 vertere, notareque solent, si quid uspiam
 offendant, quod ob insignem aliquam vel
 conditionem, vel causam absque accurta-
 tissima contemplatione prætermitti ne-
 queat, unde non ipsi tanum prudentio-
 res doctioresque fiant; verum etiam qui
 domo pedem nunquam extulerunt, ex ea
 peregrinatione fructum aliquem colli-
 gant. Quo sane sit, ut aliqui cum publi-
 corum, tum privatorum etiam ædificio-
 rum exempla capiant; quidam vero, si
 qua sunt reliqua vetera monumenta, illa
 perscrutentur; alii quid regio quæque fe-
 rat eximium, atque singulare, cognoscere

A

velint;

I N
DONATVM IANNOTIVM
ET
CASPAREM CONTARENVM
Cardinalem,
DE
REPVLICA VENETA,
N O T Æ.

A D

*Eruditissimum Virum, & Sena-
torem Amplissimum*

D OMINICVM MOLINVM.



L V G D . B A T A V .
Ex Officinâ Elzeviriana,

cl̄o loc̄ xlii.



*Eruditissimo Viro, atque Veneta Se-
natori amplissimo,*

DOMINICO MOLINO,
NICOLAVS CRASSVS
S. P. D.



Ffero tibi, Moline, Sena-
tor amplissime. Notas,
qua iussu, & auspiciis
tuis ad Iannotium, &
Coniarenum conscriptæ sunt: exi-
guum profectò munus, sed multis
nominibus tibi debitum. Tu nam-
que literatorum Meccenas, & Prin-
ceps, eorum omnium, qui studiis at-
que doctrinis dediti sunt, scripta jit-
te quodam tuo tibi vendicas. Cum
verò nibil Patria libertate, atque
amplitudine sanctius & antiquius
habens, hac nostra qualiacunq; sint,
qua ad Veneta reipublica splendo-

rebus,

384 IN DONAT. IANNOT.
rium aperiendum curavit in ædibus D.
Cypriani , in quo pariter Veneti cives op-
timis disciplinis instruuntur.

NOT. XXXVII. *Peregrimus jam om-
nes, &c. Contar.]* Multos etiam respubl.
mittit in Insulas, & in Continentem lega-
tos proconsulati fere potestate, quos *Pro-
visores Generales* appellant, & quamvis o-
lim ea munera ad tempus essent, cum sci-
licet è repub. videretur aliquem mittere
ad ea exercenda , qui te peracta domuna
revertebatur , nec successor aliquis elige-
batur : attamen in præsens, & Palmar no-
væ Civitati, & Istriæ provinciæ, & insulis
Corcyrae, Cephaleniorum, atque Zacyntho, &
regno Cretæ summi Senatores legati præ-
ficiuntur.

D E F O R M A
R E I P U B L . V E N E T Æ,
L I B R S I N G V L A R I S.

NOT. XXXVIII. IANNOT. *Post hac
a Niclaeo Leoniceno.*

CONTAR. lib. 1. *Enimvero hac in re
temperiem.]*



V O D olim Laconum , atque
Romænotum, idem modò Ve-
netorum contigit reipublicæ, ut
seuer viros eruditissimos nondum satis-
cere

quo factum est, ut sicut reipublicæ infantia, & pueritia unius Dominationi, adolescentia vero, & juventus omnium; ita virilis ætas paucorum imperio propensior videri possit: èa tamen ratione ut multa populariter, multa regiè constituta, nemo inficias iverit: cunctique possint inducere Regis exemplar, in x. viris, & xl. viris Aristocratiæ speciem; in majori cōcilio, quod m cū numerum superat, Democratiæ imaginem quandam intueri. Rectissime vero, & doctissime Contarens ex tribus reipublicæ speciebus temperatam Venetæ reipublicæ formam affirmavit: quod licet Bodinus obstinate, vel contra Aristotelem posse fieri neget, fate ri tamen, (tanta vis est veritatis) neque sciens neque prudens coactus est. Dum enim Rempublicam scribit statum popu larem sapere, & de Ragusio inquit, certè quidem hac Respubrica omnium, quas ac cepimus purissimam, & ab omni populari temperatione remotissimam Aristocratiam colit, formarum missionem, velit, nolit, in aliis admittit, quæ si unquam alibi, certe in republica nostra egregio, & admirabili temperamento inter se miscentur.

F I N I S.

G g 2

I N -